



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 30. Concilium Epaunense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. A. C. 517. Judæorum converterat, & lapsu tempo-
rum ad Idololatriam reversi erant, tunc
vero suscepta Fide Christiana volentibus
Episcopus datus.

§. XXX.

Concilium Epaunense.

Marii Chr. *Agobard.* *advers. Leg.* *Gond. Ado.* *in Chr.* In Gallia Gundebaldus Rex Burgundio-
num anno 516. Consule Petro dece-
dens Successorem reliquit filium Sigis-
mundum a S. Avito Episcopo Viennensi
anno superiore Florentio & Anthemio
Consulibus ad Fidem Catholicam con-
versum. Hic Princeps Monasterium
Agauniense seu S. Mauriti Valesiorum
ædificaverat; nempe Ecclesiam extru-
xit, & datis fundis Monasterium locuple-
tavit, quod jam prius extiterat, cum Clo-
doveo regnante S. Severinus ibi Abbas fu-
erit. Rex Sigismundus multos fundos in

Sup. §. 5. *to. 4. Conc.* *p. 155.* diversis suarum Ditionum Provinciis si-
tos, (nam sexdecim numerantur) contu-
lit. Ut magnus ibi esset Monachorum
numerus, ex aliis Monasteriis evocati, &
in plures greges divisi, qui alternatim
cantabant, nam Psalmodym perpetuam
instituerunt. Hymnemundus toti Com-

Edict. Sirm. *p. 158.* munitati præerat. S. Avitus Dedicatio-
ne novi Monasterii ad populum dixit.

Sub initia Regni Sigismundi, eoque
haud dubie consentiente, S. Avitus Epis-
copos suæ Provinciæ Concilium Epauni,
quam

quam urbem credunt esse *Jenne* in Dice-
 cesi Bellicensi, celebraturus convocavit.

Seculum VI.
 A. C. 517.

Actum est hoc Concilium decimo septi-
 mo Kal. Octobr. Agapito Consule id est
 5ta Sept. an. 517. Episcopi viginti quin-
 que omnes ex Regno Burgundiæ adfue-
 re. Præcipui duo erant S. Avitus Vien-
 nensis, & S. Viventiolus Lugdunensis, cu-
 jus Memoriam 12. Julii honorat Ecclesia.
 Legitur etiam S. Apollinaris Episcopus Va-
 lentinus S. Aviti frater, qui 5ta Oct. coli-
 tur. S. Gregorius Lingonensis, qui ante an-
 nos quinque nempe an. 512. Reliquias S.
 Benigni Martyris Divione inventas trans-
 tulit, & circum Ecclesiam Monasterium-
 que ædificavit, quod Bonis sui Patrimo-
 nii ditavit. Hanc foundationem Hormis-
 dæ Pontificis Litteris confirmari petiit.
 Gregorius, ex ordine Senatorio natus,
 annis 40. Comitibus Augustodunensis Dig-
 nitatem gessit. Defuncta uxore electus
 est Episcopus, atque Ecclesiam Lingonen-
 sem annis 32. rexit. Obiit annis duo-
 bus nonagenario major relinquens Suc-
 cessorem filium suum Tetricum. Ecclesia
 Gregorium quarta Januarii colit. Con-
 cilio Epaunensi etiam interfuit S. Prag-
 matus Episcopus Augustodunensis, cu-
 jus memoriam Ecclesia 22. Novemb. ce-
 lebrat.

Mart. Rom.
 12. Jul. 5.
Oct. vit. ap.
Boll. 4. Jan.
Greg. Tyr.
vit. PP. c. 7.

tom. I. Spic.

Martyr. 4.
Jan.

22. Nov.

In hoc Concilio quadraginta Canones
 conditi, quorum primus rejicit excusa-
 tiones

Sæculum VI. tiones illorum, qui a Conciliis absunt,
 A. C. 517. excepta morbi causa. S. Avitus hac de
 re mentionem faciebat in epistola con-
 vocationis, & querebatur Concilia cessa-
 re, dicebatque, ideo se a Summo Ponti-
 fice increpitum. Prohibetur, ne Episco-
 pi, Presbyteri & Diaconi canes venati-
 cos, aut aves habeant. Inde colligimus,
 Clericos Victorum suorum, scilicet Na-
 tionum Germanicarum, mores paulatim
 didicisse. Clericis coram Judicibus Sæ-
 cularibus Personam Rei non autem Acto-
 ris sustinere licet, nisi id præceperit Epi-
 scopus. Statuitur, ut Clericus convictus,
 quod falsum dederit testimonium, crimi-
 nis capitalis reus habeatur, & in alio Ca-
 none pœna ejusmodi criminibus infli-
 genda decernitur, nimirum deponendi
 sunt rei, & in Monasterium detrudendi.
 Horum Canonum aliqui mentionem fa-
 ciunt de Ecclesiæ fundis, quorum usus-
 fructus Clericis precario erat concessus,
 & Bona ista a Bonis propriis distinguun-
 tur. Consecratio viduarum Diaconissa-
 rum abrogatur. Nemo Monasteria Vir-
 ginum intret, nisi Senes, exploratæ pie-
 tatis homines, aut consanguinei. Iquo-
 que, qui intrant, ut Sacris operentur, fi-
 nita Missa statim discedant. Inde liquet,
 feminis oratoria solum in interiore do-
 mo fuisse.

Avit. ep. 40.
Et to. 4. Conc.
p. 1573.

c. 4.
 Canones
 Concilii
 Epaunen-
 sis.

c. 11.
 c. 13.

c. 22.

c. 8. 14. 18.

c. 11.

c. 39.

Abba

Abbates sub Episcoporum cura erant, poterantque ab ipsis deponi. Monachi quotidie in agris laborabant. Non licebat nova Monasteria absque consensu Episcopi fundare, & uni Abbati non licebat duo Monasteria regere. Reliquiæ non ponantur in Ecclesiis ruralibus, nisi in Vicinia sint Clerici, qui ibi Sacris operentur; alias fiat sufficiens Fundatio, qua Clerici sustententur. Non nisi Altaria ex lapide unctioe Chrismatis consecrentur. Sequitur, alicubi adhucdum fuisse lignea. Ecclesiæ Hæreticorum impuræ, & execrabiles habentur; prohibetur ne Sacræ operationes in iis exercentur. Illæ vero Ecclesiæ, quas vi Catholicis abstulerunt, vindicari possunt. Victorius Episcopus Gratianopolitanus, qui in hoc Concilio præsens fuit, haud diu ante nempe post Conversionem Regis Sigismundi hac super re S. Avitum consuluerat, & S. Avitus responderat, sicut etiam in Concilio definivit, non decere, ut Catholici Ecclesiis Hæreticorum nec etiam vasis sacris illorum uterentur. Verumtamen in Concilio Aurelianensi abhinc ante annos sex celebrato contrarium fuerat definitum; Ecclesias Gothorum esse consecrandas. Hoc ultimum etiam Ecclesia universalis usu comprobavit.

Sæculum VI.
A. C. 517.

c. 19.

c. 8.

c. 10.

c. 9.

c. 25.

c. 26.

Avit. ep. 6.

*Conc. Avit.
I. c. 10.*

Sæculum VI. Licet Presbyteris dare unctionem
 A.C. 517. Chrismatis (*) Hæreticis extremo peri-
 culo decumbentibus, si convertantur, si
 c. 16. Epaon. valeant, eam ab Episcopo petant. Tem-
 pus Pœnitentiæ Apostatis contrahitur,
 c. 29. qui aliquando in Ecclesia Catholica bap-
 tizati deinde in Hæresin inciderunt, & ad
 annos duos redigitur, quibus tertia sem-
 per

(*) Si de Confirmatione hic sermo est, duo
 eruuntur; primo Collationem hujus Sacramenti
 Presbyteris potuisse delegari, atque unctionem
 ad Materiam Sacramenti pertinuisse, non vero
 solam manuum impositionem, quamvis istud
 ultimum exinde non ita clare probetur. Quid
 si quis diceret, ideo Hæreticos redeuntes ad Si-
 num Ecclesiæ Chrismate unctos fuisse, quod in
 Baptismo eo uncti non fuissent? Honoratus
 Turnelius & R. P. Berti hunc Canonem intelli-
 gunt de Reconciliatione Hæreticorum, qui pluri-
 bus in Locis illo tempore recipiebantur unctio-
 ne Chrismatis non tamen Sacramentali. Ver-
 ba ipsa Concilii Epaunensis ita sonant: *Pres-
 byteros propter salutem animarum, quam in cun-
 ctis optamus, desperatis & decumbentibus Hæ-
 reticis, si Conversionem subitam petant, Chri-
 smate permittimus subvenire. Quod omnes con-
 versuri, si sani sunt, ab Episcopo noverint ex-
 petendum.*

Similia in Synodo Arausic. I. Can. 1. leguntur:
*Hæreticos in mortis discrimine positos, si desit
 Episcopus, a Presbyteris cum Chrismate & Be-
 nedictione consignari placuit, si Catholici esse de-
 siderant.*

per die jejunabunt, Ecclesiam sæpe adi- Sæculum VI.
 bunt, in loco Pœnitentium consistent, & A. C. 517.
 inter Catechumenos exhibunt. Si mur-
 murent, Pœnitentiam peragent, quam
 antiqui Canones præscripserunt. Homi-
 cidæ, qui pœnarum Civilium rigorem ef-
 fugerint, implebunt Pœnitentiam, quam Conc. Ans.
 Concilium Ancyranum decrevit. Hæc c. 22. 23.
 saltem annis septem peragi debebat. Qui
 mancipium suum occiderit absque Judi- Sup. lib. X.
 cis Ministerio, excommunicatus erit duo- §. 16.
 bus annis. Qui Nuptiis incestis se pol-
 luerint, non recipiantur ad Pœniten- Conc. Epao.
 tiam, nisi separentur. Matrimonia au- 34. c. 30.
 tem incesta declarantur, si quis contraxe-
 rit cum Sorore consanguinea vel uteri-
 na, cum Noverca, cum Privigna, cum
 Vidua Patruï vel Avunculi, si quis duxe- c. 31.
 rit Patruëlem, vel ex Patruële genitam. c. 27.
 Vidua Presbyteri, vel Diaconi ad secun-
 das Nuptias non admittatur. In singu-
 lis Provinciis Officium Divinum celebra- c. 35. p. 07
 bitur illo Ritu, quem Ecclesia Metropoli-
 tana sequitur. Cives nobiles noctem
 Paschalem, & Natalem Domini in illo lo-
 co celebrabunt, ubi Episcopus fuerit, ut
 ipsius Benedictionem accipiant. Hi Con-
 cilia Epaunensis præcipui Canones sunt.

§. XXXI.

Alia Concilia.

Episcopi undecim, omnes ex illorum
 U 2 nume-